



# **Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten**

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere  
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen  
Verhältnisse]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1845**

DCCLXIX. Kaiserliches Erkenntniß in der Ehescheidungssache des Prinzen  
Johann von Böhmen und der Herzogin Margaretha von Tyrol, v. J. 1341.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56193](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56193)

DCCLXVIII. Herzog Magnus von Braunschweig bekennet, daß Kaiser Ludwig der Markgräfin Agnes die Mark zu Landsberg und die Pfalz zu Sachsen verlihen habe, die nach ihrem Tode dem Herzoge und demnachst seiner Gattin und seinen Kindern zufallen sollen, am 13. Juni 1341.

Wir Magnus, von Gots Genaden Herzoge ze Brunfwich, veriehen offentlichen mit disem Brief, das vns vnd vnsern Erben, die wir iezu haben, vnd die wir noch gewinnen bey Frawn Sophyen, vnser elichen Wirtinne, die wir iezu haben, der Allerdurchlauchtigest, vnser gnediger Herr, Keiser Lvdowig von Rom, durch fleizzig bet der Hochgeborn Frau, Frau Agnesen Marchgrefinn ze Brandenburg, siner Swester, vnser lieber Swiger, die March ze Lantzperg, die Pfallentz ze Sachsen, die zu der Burg ze Lodsteten gehört, mit allen zugehörnden, vnd die Erbgut, die von vnsern Vordern vnd och von vnserm Vater an vns kommen sind, verlihen hat, waz er vns daran verlihen solt vnd macht, mit solcher Bescheidenheit, das die obgenant sin Swester dieselben Gut vnd Lehen inne haben soll vnd niezen, die weil sie lebet: wann och si nicht mer ist, so fullen dieselben Gut vnd Lehen an vns vnd vnser obgenant Erben vallen, vnd sulle wir dhein Macht haben, dieselben Gut und Lehen ze versetzen, ze verkauffen, noch ze verkummern, die weil wir leben, in dhein wise, wann die obgeschriben Gut vnd Lehen bi vnsern Erben, die wir bei Sophyen, vnser obgenanten Wirtinn, iezu haben, oder noch furhals gewinnen, belieben fullen und anderwo nindert. Darüber ze vrchund geben wir [diesen Brif, versigelten mit vnserm insigel, Der geben ist ze Franckenford, nach Christus Geburt drutzechenhundert Jar und darnach in dem ein und vierzigsten Jar, an Samptztag nach Sant Petri und Sant Pauly Tag.

*Plus (Scheidt's) Codex diplomat. zu Moser's Braunschw. Knecht. Staats-Rechte S. 445. 446.*

DCCLXIX. Kaiserliches Erkenntnis in der Ehescheidungssache des Prinzen Johann von Böhmen und der Herzogin Margaretha von Tyrol, v. J. 1341.

Nos Ludovicus Quartus, Dei Gratia Romanorum imperator, Semper Augustus, univ[er]sis Christi fidelibus, quorum interest vel interesse poterit in futurum, manifestum esse volumus et facimus per praesentes, quod in iudicio coram nobis per se seu per certos nuntios suos seu procuratores exposuit illustris Margaretha, Ducissa Karinthiae et Tyrolis Comitissa, quod vir nobilis Johannes, Regis Bohemiae filius, jam dudum sibi matrimonio copulatus, et postmodum in aetate debita constitutus, ac per tanta temporum spatia secum habitans, quanta sufficiant ac sufficere debent, secundum statuta tam divinae quam humanae legis, ad debitum carnalis copulae per virum sive maritum suae uxori reddendum, eadem Margaretha in aetate sufficienti similiter constituta et se ipsam, ut conveniens fuerat, praebente et exhibente ad praefatam copulam carnalem complendam, non potuit dictus Johannes neque valuit, sicuti neque valet aut potest, nec unquam posse creditur in futu-

rum, eandem carnaliter cognoscere sibi conjugem Margaretham; quem admodum multis et quasi omnibus possibilibus modis hoc tentans, eundem Johannem impotentem et omnino inhabilem ad opus praefatum se dicit expertam: ac adversus eundem Johannem sibi que praefatum defectum inexistere, coram nobis in iudicio se reddit per experimenta sufficientia et testimonia quaelibet ad haec necessaria probaturam. Quare super hoc habito maturo et deliberato consilio suorum procerum et consiliariorum presentium nostram clementiam atque iustitiam una cum praefatis imploravit et requisivit instanter, ut eidem clementer providere de convenienti remedio dignaremur: et taliter quod per jus sive sententiam nostram licite possit a saepe dicto Johanne jam vocato marito sive conjugate suo, de matrimonio separari, propter casum sive impedimentum praedictum, et ab eodem Johanne totaliter sic absolvi ut eidem de caetero ad nullum matrimonii debitum teneretur, sed posset de se ipsa, et suis omnibus ordinare, secundum quod sibi expediens videretur.

Nos vero, cujus debitum est, omnibus ac singulis reddere justum, ex officio et auctoritate, qua fungimur, praefatam Margaretham cum praefatis suis omnibus iustitiam instantissime requirentibus et supplicantibus, nobis dignum duximus exaudire: et nihilominus absque offensa juris praefati Johannis jam vocati conjugis sui, si jus aliquod in contrarium habuisset, ad expeditionem seu terminationem litis praemissa inter vocatos conjuges praefatos processimus, in hac forma, videlicet quod vocatos conjuges praefatos citari fecimus atque vocavimus in iudicio coram nobis, assignantes eidem secundum formam juris debitum atque tutum locum et temporis spatium, infra quod possent et deberent in iudicio coram nobis comparere, ad agendum et defendendum et caetera faciendum, que necessaria forent, pro inquirenda veritate sub lite praefata. Verum Margaretha jam dicta per se seu per suos certos nuntios sive procuratores sufficienter comparuit in iudicio coram nobis per omnes terminos sibi assignatos, et cum omnibus probationibus et testimoniis sufficientibus, ad conveniendum saepe dictum Joannem impotentem esse atque priuatum naturali potentia ipsam carnaliter cognoscendi, aut quamvis aliam mulierem; se ipsam quoque virginem esse usque ad tempus et diem dati praesentis rescripti per sufficientia testimonia demonstravit. Supra dictus vero Johannes in praefatum iudicium coram nobis, impositi sibi defectus per Margaretham verifimiliter conscius, nec per se, nec per aliquem legitimum nuntium sive procuratorem, comparuit tempore debito sive statuto: neque in contrarium impositi sibi defectus per praefatam Margaretham neque per se vel per alium allegavit: sed contumax ex natura se convictum reddidit atque confessum de his omnibus, quae sibi per praedictam Margaretham fuerant tam imposita, quam probata, sufficientia quidem ad matrimonii divortium inter ipsam et praefatum Johannem per sententiam consummandum. Nec potest, nec unquam cum veritate poterit saepe dictus Johannes, aut quivis alter pro ipso, iudicem vel locum comparendi per nos sibi assignatum allegare suspectum. Nam hactenus retroactis temporibus tam Johanni Regi Bohemiae patri suo, quam etiam Carolo de Bohemia, fratri suo, pluries et locis pluribus nostrae coactivae potestati subjectis, fidum ac tutum placitandi nobiscum assignavimus locum, in quo personaliter assuerunt, et cum omni tranquillitate manserunt, ac inde absque molestia quaelibet secundum ipsorum beneplacitum recesserunt. Quod et ante-

dicto Johanni benigne offerri fecimus, et acceptare contempsit, ut supra jam diximus. Per auctoritatem ergo nobis rite debitam et concessam, et legi divinae conformiter, sicuti certum est, et asserunt sacrae scripturae sive legis divinae atque civilis sententiae sufficientes, et comprobati Doctores, ad divortium sive separationem matrimonii faciendum inter vocatos conjuges Johannem et Margaretham praedictos procedere volentes atque debentes, infra scriptam sententiam tulimus in haec verba. Nos Ludovicus Quartus, Dei Gratia Romanorum Imperator Augustus, Pro Tribunali Judices Sedentes, in causa sive lite divortii seu separationis matrimonii, quae vertitur inter illustres personas Johannem, Regis Bohemiae Filium, requisitum parte ex una et Margaretham Ducissam Karinthiae et Tyrolis Comitissam ex altera parte, tanquam actricem, ac requirentem a dicto Johanne, jam vocato marito suo, de matrimonio separari; Visis et intellectis tam per nos quam per praefatos Doctores juribus, rationibus, probationibus et testimoniis Margarethae praefatae, nec non contumacia dicti Johannis; dicimus, diffinimus et determinamus, praefatam Margaretham separari debere seu posse de matrimonio a saepe dicto Johanne, eque converso, cum iisdem vel ipsorum alteri id videbitur expedire; ipsamque Margaretham hoc requirentem instanter, ut supra, separamus, absolvimus et separatam esse judicamus in matrimonio a jam dicto Johanne, per hanc nostram sententiam diffinitivam. Simili quoque modo supra dictum Joannem a praefata Margaretha in matrimonio per auctoritatem et hanc nostram sententiam diffinitivam separantes: ita videlicet, quod de caetero praefatus Joannes supra dictae Margarethae in nullo matrimonii debito teneatur: neque similiter praefata Margaretha supradicto Joanni; Sed liberum sit utrique de corpore proprio sive persona, et omnibus bonis propriis, juribus ac rebus tam mobilibus quam immobilibus facere vel dispo- nere et quodlibet ordinare pro suae propriae libito voluntatis.

Nach Johann Daniel von Delenschlager, Urkundenbuch zur Staats-Geschichte. S. 210. — König's Reichs-  
Archiv (B. VI.) Part. spec. Cont. I, Fortf. 1, S. 18. 19.

DCCLXX. Kaiserliche Dispensation zu der Wiedervermählung der Herzogin Margaretha von  
Kärnthen mit dem Markgrafen Ludwig von Brandenburg, v. J. 1341

Nos Ludovicus IV., Dei gratia Romanorum Imperator Augustus, universis Christi fidelibus, quorum interest, aut poterit interesse, notum esse volumus & facimus per seriem infra scriptam, Quod in nostra praesentia personaliter constituti Illustres Ludovicus Marchio Brandenburgensis & Margareta Ducissa Karinthiae ac Tyrolis Comitissa, post habitum ipsorum maturum ac deliberatum consilium, animum atque actualem voluntatem habentes se invicem in matrimonio legitime copulandi: dubitante tamen praefato Ludovico & Margareta, ne gradu aliquo affinitatis sanguinis tale conjugium sive matrimonium humanarum legum aut Romanorum principum statuto, decreto vel ordinatione alia, quomodolibet appellata, impedimentum aliquod pateretur: supplicarunt ac petiverunt instan-